



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Titulus XXII. De Fideiussoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

# TITULUS XXII.

## DE FIDEIUSSORIBUS.

**P**ostquam dictum est de cautione pignoratitia, con- sequens est, ut de altera spe- cie idonea cautionis dicatur, videlicet de fideiussione, imò species cautionis idonea, seu satisfactoria, quæ est in iudicio listi, pro fideiussione duntaxat accipi solet, uti constat ex tit. ff. qui satisfacere coguntur.

### CAPITVLVM I.

#### Clericus.

##### PARAPHRASIS.

Si Clericus Fideiussiones exerceat, deponi debet.

##### SUMMARIUM.

Clericus fideiubere potest in re modica, sed in re magna & frequenter.

**N**otandum. Varii sunt intellectus huius cap. uti videtur est apud *Imolam hic & Syl. v. Fideiussor q. 3.* Expeditior explicatio est, ut dicamus, quòd Clericus admini- strationem aliquam gerens cum præju- dicio Ecclesiæ, seu in ordine ad reditus Ecclesiæ, aut beneficij sui fideiubere non debeat, alioquin si frequenter id agat, & secundum quantitatem non modicam, deponi debeat; at verò in re modica Fi- deiussionem Prælato, etiam non requi- sita Capituli consensu, aut Superioris auctoritate, concessam esse docui *lib. 3. tra. 4. c. 29. n. 7.* Ratio huius doctrinæ dicitur debet, quia Prælati Ecclesiarum, imò & alij beneficiarij redituum ab Ec- clesiâ, vel beneficio suo provenientium, absoluti domini sunt, ita ut eos in quos- libet etiam profanos usus arbitrato suo absumere, vel in periculum absumptio- nis conijcere possint, prout docui *lib. 4. tra. 2. c. 3. n. 2.* & ostenditur *infra tit.*

de peculio Clericorum & tit. de testa- mentis.

### CAPITULUM II.

#### Pervenit.

##### PARAPHRASIS.

**R.** Clericus pro duobus alijs Clericis, à mer- catoribus Bononiensibus pecunias acci- pientibus, fideiussit, & his non solven- tibus solvere coactus fuit; cum de ea re Lucio III. Papæ questus esset idem R. Respondit hîc Papa, cum Clericus R. exinde dispendium pati non debeat, ex quo præmium meretur, idè se Bononi- ensi Episcopo mandasse, ut instrumen- ta, quæ sunt super pecunijs debitis apud mercatores relicta, inspiciat, & copias transumptas suo sigillo munitas, ad ju- dices in hac causa delegatos, transmit- tat. Hîc enim mandat eisdem iudici- bus, ut si ipsi ex dictorum duorum Cle- ricorum confessione, vel aliâ legitime constiterit, rem ita se habere, sicuti R. Clericus retulit, moneant illos Clericos, ut pecunias solutas, ipsi R. restituendo, indemnem eum servent; alioquin ex eo- rundem reditibus (Ecclesiasticis) debita exolverent, & damna etiam, quæ ob id passus est R. refarcire; vel reditus ipsorum, iudices assignent eidem R. ut interim sine molestia cujusquam eos de- tineat, donec damna compensata, & debitum sine diminutione solutum sit, dictos autem duos Clericos, si fidei, & juramenti sui religionem violasse osten- sum sit, ab officio, & beneficio suspendant.

##### SUMMARIUM.

1. Quando Clericus pro alio fideiubere possit.

Oo

2. 18-



2. *Instrumento exemplato, quando fides adhibenda?*

3. *Qua actio competat Fidejussori, si pro debitore solvere cogatur.*

**N**otandum primum. Clericus licet, & laudabiliter fidejuret pro alio, saltem Clerico: quod verò pro Laico fidejungere non debeat, nisi urgente necessitate, docuerunt aliqui apud *Imolam in c. procedente n. 3. Sylv. v. fidejussor. q. 3.* Sed per consuetudinem aliter observatur, videlicet ut liceat Clericis fidejungere pro Laico, in ordine ad obligationem bonorum patrimonialium, vel quasi patrimonialium; imò etiam ex titulis Ecclesiasticis perceptorum, quatenus eorum liberum dominium, & administrationem habent; non tamen cum damno, & præjudicio Ecclesiæ, uti constat *ex precedente c.* neque in ordine ad redditus superfluos, qui pauperibus, aliisve pijs causis applicari debent.

2. Notandum secundum. Instrumentum transumptum, seu exemplatum, si iudicis, seu Superioris sigillo, vel notarij manu confirmatum sit, fidem facit perinde, ac originale. Ita *Gl. marginalis hic v. sigillo & Imola n. 4. Gl. & doctores in c. 1. de fide instrumentorum.*

Notandum tertium. Si instrumenta penes tertium, præsertim talem personam sint, quæ ex publico officio instrumenta, vel rationes conficit, ex quibus litigatoris intentio adjuvari, & veritas declarari potest, ita ut ea edi ipsius intersit, tunc ad edendam a iudice cogi potest, ac debet. Ita sumitur *ex hoc c. & tradit Imola hic n. 3. & in c. 1. n. 8. de probationibus. Bartolus in L. 1. c. de edendo.*

3. Notandum quartum. Fidejussor, si pro debitore solvere coactus fuit, contra eundem actionem mandati instituere potest, ut quod solvit, ipsi restituatur, & damnum, si quod sustinuit, vel sumptus fecit, resarciatur, uti *hic & in L. si mandata 45. §. si Fidejussor ff. mandati.* ubi *Gl.* exemplificat, si Fidejussor sumptus in litem fecit, si pecuniam sub usuris accipere coactus fuit. Vi-

de *Gl. hic. v. servent*, & quæ docui *lib. 4. c. 29. n. 8. & 9.*

Notandum quintum. Si Clericus beneficiarius debita ex sua persona contracta solvere cogitur ex redditibus beneficii, aded quidem, ut executio contra ipsam fructus decerni possit, quod creditor iudice percipere debeat, vel, ut si in arrestum ponantur, & creditorum ant, donec debitum solutum sit. Ita colligitur *ex hoc cap. & notat Abb. hic n. 3. fufius declarat Imola n. 31. Gl. v. redditus.* Exinde autem colligi potest, quod Clericus Beneficiarius hanc dominus reddituum beneficialium, quamvis cum onere, obligatione, ut quæ superflua sunt, percipere, vel in pias causas conferat, pro cui *lib. 4. tra. 2. c. 3.* quam ob rem iudice non debent per sententiam creditoribus adjudicari, spectato communi iure.

Notandum sextum. Si delictum perij incidenter, ita, ut ad hoc actum non erit, in iudicio, cognitum sit de Clericali, iudex ex officio punire potest, sicut *Gl. marginalis. Innoc. & Andreas n. 11. hic v. pena.* tem pœnâ extraordinariâ, & mitti potest, videlicet suspensione ab officio, & beneficio, cum pœna ordinaria sit depositio, & privationis *c. querelam 10. de iurisdictione.* Ita sumitur *ex hoc c. & observat Imola n. 3. Abb. n. 4.*

### CAPITULUM III. Constitutus.

#### PARAPHRASIS.

Cancellarius Cantuariensis pecunias tuas accepit à creditoribus Bononiensibus, fidejussore existente Mag. C. Cantuariensis. Cancellarius debitum non petere veret, ipse S. à creditoribus sepe in statu, & debitum augmentatum. Hæc, cum idem S. Lucio III. retulisset scribit hic ad Cantuariensem Archiepiscopum, si de reatis ipsi legitime coacti terit, quod Cancellarium debitorum



per Ecclesiasticam censuram cogere debeat, ut eundem M. S. à fidejussione sua sine mora liberet; sin autem Cancellarius debitum, & accessiones negaverit, ad juramentum, non obstante contraria consuetudine tanquam Legi contraria, subeundum cogat: deinde cum difficile esset Fidejussori testes suos in Angliam ducere, ideo iudicibus Bononiensibus Archiepiscopus (satisfactione à Cancellario accepta, quòd ad testes audiendos intra terminum competentem ire, vel mittere velit) litteris suis significet, ut testes illos vice suã recipiant, & diligenter examinent, atque depositiones eorundem clausas transmittant, atque significant, quanta fides instrumentis, aut testibus adhibenda sit.

## SUMMARIUM.

Quantum solvere debeat Fidejussor, si in omnem casum se obligarit?

Notandum primò. Si debitor principalis in solvendo moram culpabilem committat, & Fidejussor super solutione molestetur, petere is potest, à fidejussione liberetur. De hoc dicitur infra in c. ult. hoc tit.

Notandum secundò. Si Fidejussor ample, sive in omnem casum, & eventum, se obligavit pro debitore, tunc etiam interesse, seu damnum, & lucrum cessans creditori ratione moræ culpabilis in defectum debitoris præstare cogitur, alioquin verò fidejussor non obligatur ad hoc interesse. Ita Gl. hic v. accessiones, & habetur in L. 54. ff. locati & in L. 100. §. ff. de eo, quod certo loco &c. Vide Syl. v. fidejussor q. 13. & 14.

Notandum tertio. Non potest consuetudine introduci, ut delatum à Judice calumnie juramentum recusetur. De hoc dixi in c. ceterum quinto de juramento calumnia.

Notandum quarto. Testes extra Provinciam, vel in loco longinquo constituti non sunt inde evocandi, sed committi debet iudici ejus loci, ut testes sub juramento examinet, & depositiones clausas, & obfig-

natas transmittat, addatque, quanta testibus fides adhibenda sit. Ita hic & in L. 3. §. ult. ff. de testibus. Videri potest Innocentius in c. quoniam n. §. de probationibus. Ubi ait, consultum etiam esse iudici, causam cognituro, ut vacillationes, si quæ in testibus observantur, à tabellione in actis annotari jubeat. Et hoc notandum indubitata locum habet in iudice ordinario; sed & delegatus propter rationabilem causam, quia testes remoti sunt, & facile vocari non possunt, eorum examinationem, in ipsorum loco faciendam committere potest, secundum Gl. inc. statutum II. §. in nullo v. vices suas de rescriptis in 6. Abbatem hic n. 6. Imolam n. 8.

## CAPITULUM IV.

## Quod quibusdam,

## PARAPHRASIS.

Quod Religiosis quibusdam à Sede Apostolica prohibitum antea erat, eam prohibitionem Innoc. III. in Concilio Lateranensi ad omnes regulares extendit, ne aliquis absque licentia Abbatis, & majoris partis Capituli pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuò accipiat, ultra summam communi providentia constitutam; alioquin conventus obligationem nullam contrahat; præterquam si in utilitatem domus redundasse manifestè constiterit, & qui contra hoc statutum agere præsumpserit, gravius puniendus est.

## SUMMARIUM.

1. Nec Religiosus, nec monasterium obligatur ratione fidejussionis à Religioso sine consensu debito præstita.
2. Obligatur tamen monasterium, si consensus hujus interveniat.
3. Limitatur tamen hæc doctrina.
4. Cui tamen administratio certorum reddituum ratione beneficij competit, quando fidejubere possit?

Oo 2

5. Neque



5. Neque ex pecunia mutuo à Religioso accepta monasterium obligatur, nisi cum legitimo consensu hoc mutuum acceperit, aut probetur, quod versum fuerit in utilitatem monasterij.

1. Notandum primum. Religiosus, si absque consensu Prælati, & majoris partis Capituli pro alio fidejubeat, irrita est fidejussio, nec monasterium obligatur. Ita Joann. Andreas in c. 2. n. 6. ne Clerici, vel monachi in 6. Molina tra. 2. disp. 540. n. 23. Sanchez tom. 2. moralium lib. 6. c. 14. n. 41.

Ampliari debet doctrina, tamen Religioso peculium concessum sit ad certam causam, v.g. versanti in studio litterarum, ad commendam ea, quibus indiget, quod fidejuberi non possit, sicuti nec donare valide potest, nisi moderatæ elemosinæ causâ, prout docet Joann. Andreas cit. lo. Abbas hic n. 3. Sanchez n. 42. Si tamen Religiosus in studijs existens de Prælati licentia pecunias mutuas accipiat, in sustentationem suam, & alia necessaria sibi comparanda, monasterium obligatur secundum Gl. receptam in c. ex parte II. v. licet alios de accusationibus. consentit Andreas, Abb. Sanchez lo. cit.

2. Porro per sensum contrarium colligitur ex isto cap. si Religiosus cum licentia Prælati, & consensu majoris partis Capituli pro altero fidejubeat, monasterium obligari. Ratio est, quia Prælati unâ cum majore parte Capituli repræsentat corpus Ecclesiæ: quemadmodum itaque monasterium, sive Ecclesia, obligare se potest per se, ita etiam per Religiosum, dando ei consensum; & cum Religiosus proprium non habeat, ideòque ex bonis suis obligari non possit, sequitur, cum monasterium consentit ejus obligationi, quod eam in se suscipere censetur.

Hæc tamen doctrina varijs modis declarari, & limitari debet. Primò. Si fidejussio talis fiat, ut in defectum debitoris principalis necessarium sit bona immobilia, aut mobilia pretiosa alienari, irrita est fidejussio,

Ita sumitur ex Abb. hic n. 5. & ex reg. 83. ubi dicitur, quod unâ viâ prohibetur alienatio ad id aliâ non debet admitti; cum itaque alienatio talium rerum secundum Canones irrita sit, idem quoque judicari debet de fidejussione, per quam perveniri potest ad alienationem. Nam hanc ipsam eadem causam etiam oppignoratio harum rerum prohibetur, quia occasione ejus ad alienationem perveniri potest c. nulli 5. de rebus Ecclesiæ non alienandis. & L. ult. cod. de rebus alienis non alienandis. Nisi dicatur talis, quod & probabilius est, fidejussio quidem valere, sed in effectu non extendi ad eum casum, ut immobilia, aut mobilia quæ servando servari possunt, alienentur cum ista tacite sive ipso jure excepta continentur in fidejussione.

Secundò. Prælati absque consensu Capituli fidejuberi potest in quantitate modica, cum enim id pertineat ad liberam, impeditam administrationem, quæ Prælati competit, ideò tum Capitulum, tum ipsi Canones talem ei facultatem permittunt, sicuti notavit Sylo. v. fidejussor q. 4.

Tertiò. Si in religione aliqua contentio non sit, ut conventus congregetur, non solus rector fidejussorem prælati potest consequenter etiam Religiosus ex modico consensu, sicuti docent Sanchez, & Molin. cit. locis. dummodo id non fiat cum notabili damno Collegij, aut supra quantum in hoc genere definitiam.

Quartò. Si Religiosus beneficium obtineat, ideòque ipsi secundum Canonice administrationem redituum competat, cum ipsi est facultas, ex causa justa, fidejuberi non requisito Prælati, & Capituli consensu, si id fieri possit absque præjudicio Ecclesiæ, & sine periculo notabilis immutationis reddituum; quemadmodum enim donationes modicæ, & rationabili causa subnixæ, Religioso permittuntur, ita & quibus multò magis fidejussio ex causa justa permitti debet; quare idem, & quidem magis ore ratione dici debet de Episcopo, quod de Religioso, quod de fidejuberi potest ex redditibus mensis sui, quæ



## SUMMARIUM.


*Casus, in quibus fidejussor agere potest contra principalem debitorem, antequam solvat, ut ab obligatione liberetur.*

**N**otandum. Ordinariè loquendo fidejussor agere non potest adversus debitorem, pro quo fidejussit, priusquam aliquid solverit pro eo *L. si pro ea 10. ff. mandati*. Excipiuntur autem casus primus. Si debitor diu cessavit, seu in culpabili mora solvendi diu fuit *L. nuntius 38. ff. mandati*, ubi etiam significatur, id iudicis arbitrio æstimandum esse, num diu in obligatione, non sine suo aliquo periculo, fidejussor stetit censendus sit, sicut tradit *Glossa ibidem v. ac tempore*, & *Gl. finalis hic* & videri potest *Imola hic n. 1.*

Secundus casus, si debitor principalis bona dissipare incipiat, ita ut fidejussor in periculo versetur, agere potest coram iudice, ut liberetur *cit. L. Lucius & cit. L. si pro ea*, ubi *Glossa communiter recepta v. cepisse* admonet, secus dicendum esse, si jam tempore fidejussionis debitor inceperat dilapidare, quia fidejussor hoc periculum sponte in se suscepisse censetur.

Tertius casus, si fidejussor ad solvendum à iudice condemnatus fuit, hoc casu statim agere potest adversus principalem, ut ipse indemnus servetur. Ita habetur *hic, & in cit. L. Idemque* sentiendum esse, si facta conclusione in causa appareat, fidejussorem condemnandum esse, cum tunc quasi condemnatus censetur, tradit *Barbosa hic n. 9. Menochius in arbitrarijs casu 41. n. 28.*

Quartus casus habetur *in cit. L. Lucius & cit. L. si pro ea*, si ab initio ita conventum sit, ut v. g. elapso aliquo tempore, vel eveniente aliqua conditione fidejussor liberaretur. Alias exceptiones affert *Barbosa hic n. 14.*



Oo 3 TITU-

quemadmodum & ex justa causa donationes facere potest, si id fiat sine præjudicio Ecclesiæ suæ; idque notavit *Gl. in c. te quidem 29. v. ne fidejussor causa 11. q. 1.* Tamen verò in canonibus significatur, Episcopum, omnemque Clericum fidejussionibus interire non debere, id tamen explicari potest, ne fiat cum Ecclesiæ detrimento, aut quòd id non debeat, si fiat sine causa, aut frequenter, maxime erga Laicos.

**N**otandum secundum. Si Religiosus, absque licentia ad hoc requisita, pecunias mutuas accipiat, monasterium non obligatur, nisi ex pecunia quidpiam in rem, seu utilitatem monasterij conversum fuisse ostendatur. Ita *hic*, & sumitur *ex L. civitas 27. ff. si certum petatur*. Inde autem per sensum contrarium inferitur, si Religiosus cum requisita licentia, videlicet Prælati & Conventus, vel etiam solius Prælati, quando is solus talem licentiam dare potest, multo magis, si Prælati, & Capitulum, vel solus Prælati in casibus, quibus ob liberam ipsi concessam administrationem acceptio mutui concessa est, pecunias mutuò accepit, tunc mutuator ostendere non cogitur, pecunias in utilitatem Ecclesiæ versas fuisse, prout *hic* tradit *Abb. n. 4. Antonius Genuensis in prædicationibus Ecclesiasticis q. 139. Molin. tra. 2. disp. 300. n. 2. & explicat lib. 3. tra. 4. c. 15. n. 7.* interim tamen si Ecclesiæ læsionem ostendat, tribuitur eibeneficium restitutionis in integrum.

## CAPITULUM V.

Eum.

## PARAPHRASIS.

Sunt aliqui casus, in quibus fidejussor, antequam solvat, agere potest adversus debitorem principalem, ut ipsum obligatione liberet. Primus. Si debitor solvere debitum diu neglexit, seu in mora solvendi culpabili diu fuit. Secundus. Si bona sua dissipare incipiat. Tertius. Si fidejussor ad solvendum pro principali à iudice condemnatus fuerit.



## TITULUS XXIII. DE SOLUTIONIBUS.



Um pignora & fidei iuraciones  
sint quædam cautiones seu  
satisfactiones de solutione de-  
biti faciendæ, idè subijci-  
tur titulus iste.

### CAPITULUM I.

#### Ad hoc.

##### PARAPHRASIS.

Sicuti filius debita patris, ita Prælatus de-  
bita antecessoris, quæ pro Ecclesia con-  
traxit, solvere tenetur.

##### SUMMARIUM.

1. Prælatus successor, quando obligetur  
ad debita antecessoris?
2. Quid probare teneatur, qui anteces-  
sori beneficiario pecunias mutuas de-  
dit, ut a successore solvi hæc debe-  
ant?
3. Si necessarium sit ad dissolutionem mu-  
tui, immobilia Ecclesie bona dare,  
vel distrabere, quid faciendum?
4. Quis debita illa dissolvere debeat, qua  
beneficiarius v. g. pro propria utilitate  
fecit?

**N**Otandum. Sicuti filius hæreditatis pa-  
ternæ jura & commoda accipiens, et-  
iam debita, & obligationes ejusdem in se  
suscipere censetur, ita & Prælatus, seu Re-  
ctor Ecclesie, debita antecessoris, si pro  
Ecclesia contracta sint, exsolvere tenetur.  
Est porò discrimin inter filium & Prælatum  
successorem, quia filius & quicumque hæ-  
res jus successionis accipit à defuncto, quæ  
causa est, quòd obligatio hæredis ad sol-  
venda debita defuncti extendat se ad omnia,  
saltem secundùm vires hæreditatis *c. 1. de*

*testamentis.* At verò Prælatus, & qui-  
libet beneficiarius, jus successionis con-  
quitur à Superiore, & idè non tenetur  
antecessoris debita solvere tenetur, nisi  
tantùm, quæ is nomine Ecclesie contra-  
xit, ut hic dicitur; & ratio est, quia  
si debita pro Ecclesia sive in commodum  
Ecclesie contracta, aut obligationes de-  
scriptæ sunt per locationem, emptionem  
&c. Ecclesia obligata est, & consequen-  
ter Prælatus successor, qui Ecclesie præ-  
est, & bonorum Ecclesie administratio-  
nem gerit, ea solvere tenetur.

Quæritur primò. Qui antecessori Præ-  
lato pecunias mutuas dedit, quidam  
probare teneatur, ut successor eas sol-  
vere teneatur? Respondeo, & dico primo.  
Si Prælatus excedendo facultatis suæ li-  
mites pecunias mutuas accipiat, Ecclesia  
aut successor ejus non obligatur, nisi  
quatenus in Ecclesie utilitatem ventum  
fuisse, ostensum fuerit, *juxta c. penult.  
de fidejussoribus*, & docent omnes. Extra  
probatio creditori incumbit. Censetur ite-  
m Prælatus excedere potestatem patris.  
Si ita mutuum accipiat absque Capituli  
consensu, aut sine justa causa necessitatis,  
ut res Ecclesie immobiles, aut mobilia  
pretiosas alienare necesse sit. Secundò. Si  
mutuò contrahendum tantæ quantitas  
sit, ut ex rebus mensæ suæ, aut ad-  
ministratiõni suæ commissis à Prælato  
solvi non possit. Tertiò. Si certa summa  
per statutum, vel capitulationem decerni  
sit Prælato, supra quam mutuum acci-  
piendo Ecclesiam, aut mensam suam gra-  
vare non possit. Videri potest *Molin. in  
2. disp. 300. n. 2. Barbosa super cis. c. pen-  
ult. n. 12.*

Dico